



*In tumulum viri integerrimi Dn. Marci  
Hartmanni, &c. Soceri sui dilectissimi.*

**S**Ex decies annos & tres exegerat, urnæ  
*Marcus ut huic Hartmann ossa fovenda dedit;*  
Ossa animæ reddenda suæ, fruituraq; cœlis,  
Cum novus ille Polus, cum novus Orbis erit.

*In tumulum matronæ honestissimæ  
Mariæ; conjugis illius, Socrus suæ  
desideratissimæ.*

**H**Æc Marci Hartmanni sociam tegit urna Mariam,  
*Quantum in eâ potuit vis violare necis.*  
*Spiritus evasit, superâq; expectat in arce,*  
*Ultima restituat dum sibi membra dies.*

M. Wolfg. Seberus.



**C**ontinuata dies nostros & funera dici,  
Et simul esse, hominum nemo negare potest,  
Testis adest etenim nimis experientia verax,  
Et nobis clades proxima testis adest,  
Non procul hîc abeo, nec te, *Kelnere*, nec illos,  
Qui post te è nostris mortem obiêre, voco,  
Tu saltem, *Samuel* fili dilectæ, vocatus  
Adsis, nostrorum tu mihi primus eris.

Obijt 17.  
Aug. 1612.

Vix

